



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Decisio LXV. De Scripturis privatis ita adminiculatis, ut fidem faciant in
Judicio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

TITULUS XXII.

De Fide Instrumentorum.

DECISIO LXV.

De Scripturis privatis, ita adminiculatis, ut fidei
faciant pro scribente.

SPECIES FACTI.

Conradus Colonus emit à quodam Principe Imperii bonum seu prædium emphyteuticum cum aliquo districtu sylvarum, cui vicina quoque nemora habuit Nobilis Toparcha, in quo Conradus, homo perfidus & sceleratus, postquam immodica grassatione arbores cæduas ex sylvis in emphyteutis sibi concessis plerasque succidisset, pro ingenti pecuniæ summa successivè venditas, ita ut ex suis sylvis, unde lucrum faceret, ferè nihil superesset amplius, audacter involavit, & frequentatis actibus ingentem stragem non minorum tantum virgularum, sed etiam majorum arborum edidisse passim credebatur. Unde Toparcha, ut rapaces Coloni malè feriat, sibi que nimium damnosas secures silteret ab ulteriori nemorum suorum devastatione, reum egit velut infaorem de lignis ex suorum nemorum districtu clam excisis & avectis, ac in super de terminis hinc inde motis :

quod utrumque ut probaret in iudicio, produxit varias descriptiones limitum, quibus nemora sua ab aliis centibus discriminata & cincta perhibebantur, ab Antecessoribus suis, & rùmque Officialibus conscriptas. Quare, ut in rei veritatem deveniret certius, institutæ sunt plures inspectiones oculares, in quibus deprehensa non tantum ingens devastatio & extirpatio nemorum, quæ Nobis secundum præfatas descriptiones esse asseverabat, sed etiam notati lapides limitaneos in variis locis reperiri, ubi tamen positi reperiebantur in scripturis, non obscure indicatos eos recenter fuisse motos. Cum igitur de motione terminorum satis constaret, & hujus motionis Auctor ipse Conradus videretur, litem postea ex scripturis Toparchæ Nobilis, quæ ex inspectione limitum decidenda esse arbitraretur Judex, at propter veritatem, quæ iis objiciebat Conradus, in

pediretur, dubitatum est, an & quam
viam haberent instrumenta & docu-
menta scripta, à Nobili producta,

ita ut secundum ea pronuntiari pos-
set. Quare

QUÆSITUM EST,

An & quantam fidem faciant pro Toparcha Nobili instru-
menta ab ipso producta?

N^Ullam ipsi fidem tribui posse con-
tendebat Conradus ex sequen-
tibus motivis. I. Omnia, quæ produ-
xerit Nobilis Toparcha, documenta non
sunt nisi scripturæ privatæ: sed scri-
pturæ privatæ nihil probant in favo-
rem producentis contra tertium. text.
apertè & communiter DD. in l. 5.
sup. C. de probat. c. 2. X. de fid. in-
strum. eoque minùs, quòd II. Ple-
ræque hæc instrumenta nec sunt ori-
ginalia, nec testibus munita, sed so-
lum à possessoribus Toparchiæ con-
scripta: sed ubi deficit originale, ex-
emplaria seu transcripta non probant.
c. 1. eod. l. 2. ff. eod. Auth. si quis in
aliquo. C. de Edendo. ergo. III. Ferè
omnia sunt manca, & visibili laborant
vicio, propter quod meritò rejiciun-
tur tanquam inutilia, vel tanquam su-
specta; nam IV. Unum & alterum est
sine subscriptione Auctoris, sine die,
& consule, uti liber rationum, &
extractus registri specificationem bo-
norum continentis. V. Aliud verò,
nempe Urbarium, seu descriptio syl-
varum, cui plurimum tribuit Topar-
cha, continet quidem intus scripturas
antiquas, exterius verò habet com-
pacturam novam, imò interiùs quo-

que scripturas aliquas à diversis scri-
ptas, diversò atramentò, & calamò,
& quod plus est, etiam recenter
insertas, sed flavo colore oblitas, ite-
rum tamen absterfo colore, ut ali-
quam flavedinem & sic verustatem re-
ferant, depurgatas. Accedit, quòd
hoc Urbarium sit confectum non con-
sciis & consentientibus vicinis, quo-
rum tamen scientia & consensus fuis-
set necessarius, ne in vicinorum præ-
judicium limites suos extendat conscri-
bens rerum suarum immobilium fines,
& ambitum, seu auctor Urbarii. VI.
Aliqua sibi ipsis contrariantur; nam in
Urbario allegato specificantur jugera
sylvæ ad Nobilem pertinentis trecen-
ta & sex, in alio autem reperiuntur
designata omnino nongenta: ergo,
sicut testibus ab eadem parte produ-
ctis, si contraria deponant, non est
fides habenda, ita nec instrumentis
inter se contrariantibus. VII. Scri-
pturæ privatæ, ut aliquid probent
contra tertium, debent coram Judice
recognosci ab Adversario, vel ab eo,
qui illas dicitur scripsisse. l. 15. §. un.
ff. de reb. aut. Jud. possid. l. 56. ff. de
V. S. facit quoque l. 20. C. de fid.
Instrum. Auth. si quis vult cautè C. qui
poior.

potior. in pign. Nov. 73. c. si quis igitur. Menoch. de arbitr. Judic. l. 2. cas. 113. Berlich. p. 1. concl. 44. per tot. sed nec Adversarius Conradus unquam recognovit scripturas à Nobili productas, nec ullus ex iis, qui eas confecerunt, utpote qui dicuntur jam demortui: ergo. VIII. Atque propter huiusmodi causas Commissarii Judices post ocularem loci, & prædictorum instrumentorum inspectionem pronuntiârunt, ea non esse talia, ut plenam efficiant fidem.

At verò, quamvis Instrumenta questionis non sint publica, sed pro privatis scripturis habenda, non tamen omnis fides pro producente contra tertium ipsis deneganda est, partim quia visibile vitium non habent, ut patebit ad finem, partim quia tantis & tam ponderosis adminiculis suffulta & communita sunt, ut sufficientem pro Nobili Toparcha probationem in ordine ad litem secundum illa potius, quam secundum limites modernos, quos haud obscure constat motos & mutatos esse à Conrado, decidendam efficiant. Adminiculum I. est Antiquitas, quæ Scripturis privatis ingentem probandi vim attribuit, & quidem juxta plurimos Doctores cum Bursato *conf. 330. n. 116.* & Card. Paris. *vol. 1. conf. 107. n. 16.* vim plenè probandi. Propter textum & glossam in *c. cum causam de probat.* & ex ratione, cum in antiquis melior probatio fieri non possit, quam per documenta, & recurrendum sit ad antiquos memoriales tanquam ad stipites veritatis, qui in

æternum permanent. per l. 10. ff. Berlich. p. 1. concl. 36. n. 7. *ff. 499. concl. 44. n. 37.* Klock. *vol. 1. concl. n. 108.* Juxta alios verò saltem vim plenè probandi; quos inter Cravetta *conf. 274. n. 5.* Felin. *lib. 1. h. t. n. 10.* Menoch. *conf. 402. n. 1.* Surd. *conf. 429. n. 40.* Mascard. *conf. 111. n. 8.* & *concl. 1300. n. 1.* de pro. Card. Tusch. *litt. S. concl. 76. n. 1.* ubi ampliatur, etsi scriptura ipsa non subscripta, quam ampliationem Nicolaus de Passeribus *de scriptura p. 1. l. 1. n. 232.* vocat verissimam, assensu à Camera Imperiali judicatum, testis est Mynfinger *cent. 5. obs. 10.* Id quod vel maximè procedit in ordine ad probandam possessionem, ut pro illo, ad cujus nomen descripta bona (uti Nobilis Toparcha has terras principaliter adduxit ad colorem possessionem suam.) Menoch. *lib. 1. conf. 570.* Nicol. de Passerib. *l. 5. n. 1.* qui libris censualibus, & aliis scripturis privatis, si antiquæ fuerint, addicunt vim plenè probandi in Possessione. Item procedit specialiter, quando tractatur de limitibus. Natta *conf. 670. lib. 4.* Menoch. *l. 2. præf. 599. totam.* plenissimè Mascard. *conf. 399. seq.* præsertim si instrumenta in qua sint plura (uti hic) Alex. *conf. 1. n. 4. 5. lib. 6.* ubi addit, melius probari confinia per instrumenta quàm testes. Quod autem Documenta, quibus loquimur, habenda sint per scripturis antiquis, evincunt scriptura chartæ, atramenti pallor & flavedo, & defectio annorum, possessorum, & c.

calium, qui omnes conspirant cum
 amnis, qui reperuntur expressi, inte-
 gro saculo antiquiores omnes: &
 hinc, cum Conradus aliquas scriptu-
 ras recens fuisse confectas, & vel co-
 lore vel fumo antiquitatem ementitas,
 obiceret, velut calumniosum asser-
 tum à Commissariis fuit rejectum, imò
 ipsemet diffiteri non potuit, & tacite
 factum agnovit unius ex antiquis pos-
 sessionibus toparchiæ manum.

Admiculum II. Sumitur ex perso-
 na scribens instrumenta privata; si
 eam persona scribens sit Nobilis, vel
 Officialis, vel aliàs vitæ ac famæ ad-
 modum & excellenter bonæ, adeoque
 specialiter Legalis, multum indè pon-
 detis ac fidei etiam pro scribente con-
 tra tertium acquirit scriptura. Rimi-
 naldus junior *conf. 379. n. 23.* præser-
 tim si auctor, qui scripsit, jam est de-
 mortuus. Nicol. de Passer. *de scriptura*
privata l. 1. q. 12. n. 1. seqq. cum ali-
 is. Cravetta *conf. 158. n. 7.* Surdus *conf.*
247. n. 20. Menoch. *conf. 402. n. 49.* Et
conf. 422. n. 18. cum multis relatis,
 qui omnes semiplenam probationem
 adstruunt hujusmodi scripturis; cum
 nemo teste Baldo *conf. 476. vol. 5.*
 cum mendacio & in peccato mori præ-
 sumendus sit, & hinc plerique instru-
 mentis mortuorum plus fidei tribu-
 unt, quam vivorum. Berlich. *n. 37.*
bo. cit. cum Wurm. & Jafone: imò
 mors superveniens apud virum Lega-
 lem tantundem operatur, ac si scri-
 pturam suam confirmasset juramentò.
 Riminald. senior, & Steph. Gratianus
dicept. 94. n. 10. u. & passim Canonistæ

in c. 2. b. t. nominatim Abbas ibidem
n. 9. Felin. *n. 24.* Accedunt Castren-
 sis & Ripa in l. admonendi ff. de jurejur.
 ille *n. 43.* iste *n. 123.* Speciatim ubi pro-
 bandi veniunt limites & confinia. Be-
 retta *conf. 83. n. 4.* Sed auctores in-
 strumentorum, quæ producit Nobilis
 Toparcha, partim fuerunt illius Ante-
 cessores magnæ Nobilitatis, partim il-
 lorum Officiales, qui ratione officii
 sui in libros conscripserunt rationes su-
 per lignis divenditis ex horum nemo-
 rum districtu, vitæ & famæ honestæ,
 ac proin multum Legales, & insuper
 his scripturis immortalis: ergo semple-
 nam fidem ad minimum merentur.
 Imò si Officiales annotant ea, quæ ad
 ipsorum officium pertinent, plenam
 ipsis fidem adhibendam esse scribit ce-
 lebris in hac materia Auctor Nicol. de
 Passer. l. 1. q. 3. n. 185. propter textum
 in c. post cessionem de probat. Certè
 si dubium, quod super limitibus &
 confiniis oritur, tolli potest per testes
 senes adhuc vivos, ut vult Natta *conf.*
104. n. 3. 4. & Masc. *concl. 395.* quare
 id fieri nequeat per relictas à personis
 valde Legalibus & Officialibus juratis,
 & per mortem confirmatas scripturas,
 v. g. per libros rationum, libros cen-
 suum &c.? cum ad probanda confinia
 plus faciant Instrumenta, quam testes
 vivi. Knichen *de Jur. territ. c. 3.*
n. 11. 12.

Admiculum III. quod priora duo
 superat, fundatur in præjudicio; si
 nempe talis scriptura jam aliquando
 fuit approbata in Judicio tanquam
 apta ad faciendam fidem in aliis ca-
 pitulis

pitulis vel punctis, in hujusmodi scriptura contentis. arg. s. *semel Inst. quib. ex caus. manumitt. non licet.* Bald. *cons. 275. in tertio.* Nicol. de Passer. *n. 165.* ubi cum aliis addit, scripturam privatam, quando super ea iudicatum fuit, prevalere etiam instrumento publico. Et, si aliquis liber quoad unum Capitulum pro vera & authentica agnoscitur, præsumptio Juris inde enascitur, quod etiam in reliquis veritati consentanea sit, adeoque ad probandum apta. Cravetta *Cons. 158. n. 6. n.* Mascard. *concl. 976. n. 59.* juxta meam editionem. Atqui binis vicibus in alio Judicio jam producta sunt instrumenta Toparchæ Nobilis, quæ nunc impugnantur, semel quoad decimas quasdam, & iterum quoad divisionem sylvarum inter Fratres, nostri Toparchæ antecessores, & secundum illa iudicatum, ut patet ex Actis, ergo.

His accedit, quod DD. communiter observant, uti præter Canonistas Bartolus, Jason, Ripa, & Purpuratus in *l. admonendi cit.* Roland. à Valle *cons. 26. n. 14.* Peregrinus *cons. 85. n. 3.* Farinac. *Consil. Criminalium. 70. n. 60.* Covar. *pract. quest. c. 2. n. 6.* Seaccia. Fachin. & Joan. Köppen *q. 46. n. 40.* ac alii plurimi apud laudatum Nicol. de Passer. *l. 1. q. 3. n. 255. seqq.* ubi respondet etiam objectionibus adversæ partis; & *n. 275.* infert, hanc sententiam communem esse verissimam, in ratione, & Jure, scilicet in *Nov. 73.* fundatam, ubi habetur, quod scriptura privata ex utroque, nempe

ex se ipsa, prout est documentum aliquod, & ex recognitione fidem accipiat. Notant, inquam, Doctores quod scripturæ privatæ, uti Regium & Catastra, Urbaria, Æstima, libellæ suales &c. etiam si aliis admittantur non sint roborata, se solis factam quam præsumptionem (licet non præsumptionem, plenam vel semiplenam) in favorem producentis, ita ut, si adversa nihil omnino probet, præsumendum sit in favorem producentis talia documenta: idem est, si probationes utriusque partis æquales sint pares, una autem in præsumptionem habeat pro se. Accedit Bart. & ceteri in *l. si duo Patrum de Jurejur Masc. concl. 1300. n. 70.* præsumptioni sit standum, donec contrario doceatur. arg. *c. jura de spol. in 6. l. 25. pr. ff. de Probat. Masc. de retin. remedio 3. n. 570.* Id quod fortiori procedit, ubi agitur de antiquis, & de probanda possessione uti hîc; Pars verò adversa docet, quod, illo tempore, quo liberamentum, vel scriptura est contracta, possessionem penes alium existens, quo casu conficitur etiam præsumptio pro illo, ad cujus nomen sunt descripta, ut solide dicitur in thol. Socin. *Cons. 205.* per rationem cum eo Menoch. *n. cit.* Quod in *l. fin. C. de prædiis & omnib. vel vic. lib. II.* Atqui Conradus cum adherentibus nihil omnino probat pro se, multò minus, alium suum antecessorem, quam Toparchæ Antecessorem sui Antecessores, sylvarum quædam

nis eo tempore, & quidem antiquo, nimirum 100. & amplius annorum, quo instrumenta & scripturæ istæ fuerunt confectæ: ergo, licet superius adducta adminicula abessent, nihilominus secundum has scripturas pro Nobili Toparcha pronuntiandum, & sylvatum limites regulandi forent.

Rejiciendi nunc sunt scrupuli, quos Conradus contra Toparchæ documenta movere in cassum laboravit. Circa quos prænotandum, nullum in his documentis apparere vitium substantiale visibile, ut loquuntur, hoc est, tale, quod oculis notari possit, ut patet ex eorum repetita productione, ubi etiam appellata sunt antiqua ac integra, alte/ untadelhaffte/ unbennerffliche / documenta; & quod vitia, quæ non cadunt in oculos, sed tantum per conjecturas impugnantur, relevantia non sint, ita ut rejici debeant Instrumenta, maximè in causa limitum & finium, nisi nempe convincentibus argumentis probentur esse vitiosa, præsertim contra possessorem antiquum, ut notant DD. cum Natta *conf. 672. n. 62.* & Klockio *to. 3. conf. 187. n. 160.* cujusmodi concludentia argumenta non sunt, quæ Conradus cum suis in medium attulit; nam facile. Et quidem ad I. Et si enim hæ scripturæ sint in se tantum privatae, & non instrumenta publica, talibus tamen adminiculis, nimirum antiquitatis, auctorum valde Legalium, & apud probationis Judicialis quoad alia capitula in iis comprehensa, instructæ sunt ut magnam probandi vim, etiam ple-

nè, indè videantur obtinere. In specie in hac materia finium probandum: pro quo casu Registra rationum, *Rechnungs-Register/* antiqua & ab Officialibus conscripta, & Urbaria, *Salbücher/ Grund-Beschreibungē* (quò referuntur *Flur- und Wald-Beschreibungen*) omnino probant etiam pro producente. Menoch. *vol. 1. conf. 21. n. 17.* Oettinger. *de Jure limitum l. 1. c. 14. n. 12.* Carpzov. *in Respons. Elect. l. 1. resp. 63. n. 3.* cum Molinæo, Mollero, Wefenbecio *p. 4. conf. 166. n. 47.* præsertim si hujusmodi libri à pluribus, ut in præfenti factò contigit, Officialibus successivè conscripti reperiuntur. Carpzov. *n. 7.* cum Burfato, Hartm. Pistorio, Cephalo. Casu quo autem hujusmodi privatae scripturæ prædictis aut similibus adminiculis suffultæ non forent, plenam quidem & semiplenam non facerent fidem, bene tamen præsumptionem, quæ contra Partem adversam, omni probatione, vel simili præsumptione destitutam, triumphum parere posset ac deberet, ut supra annotatum est.

Ad II. Licet originalia non sint aliqua (nam quædam à propriis manibus tum Antecessorum Nobilis Toparchæ, tum Officialium, qui res eorum & bona administrabant, antiquitus conscripta fuisse diffiteri non potuit Conradus) sunt tamen vel transumpta vel copiarum à Notario publico vidimatarum; quibus, si non de Jure, saltem de Consuetudine fides habetur. Dein in factis antiquis, & in causa limitum in specie, sufficit, si scripturæ sint innega-

innegabiliter antiquæ, & non visibiliter vitiosæ, maxime si Pars aduersa nihil omnino probet in contrarium. Quod testes non sint appositi, nihil facit, cum nec moris nec necessarium sit in privatis scripturis testes adscribi vel subscribi. Ad III. Negatur absolute assertum. Ad IV. Pro mancò ob defectum subscriptionis habendum non est instrumentum privatum, cum necesse non sit, ut se subscribat auctor, vel diem addat, & Consulem; modò aliunde constet, vel negari nequeat, scripturam esse antiquam, à Possessoribus bonorum, vel eorum Officialibus, confectam: Imò auctores, dies, & anni in plerisque reperiuntur annotati. Additio & expressio Consulis (nunc Principis) in scripturis privatis non solet fieri, & ulum non habet teste Nicol. de Passer. l. 1. q. 3. sub Rubr. *An scriptura privata ad sui validitatem requirat de necessitate diem & annum.* cum Decian. & innumeris aliis ex l. *Cum taberna* §. 1. ff. de Pignor.

Ad V. Modò scripturæ sint antiquæ, & vitium visibile non habeant, qualecunque fuerit involucrum vel compactura, quam subinde oportet renovare, ne vitium ex antiquitate & corruptione contrahant ipsæ scripturæ, sufficit: has autem semper pro antiquis habuerunt omnes Commissarii, coram quibus fuerunt productæ, tam quoad se, quàm quoad chartam anteriorem; ac falsum est, & calumnia, quòd aliqui characteres novi interius accesserint, per fraudem & fictitium

flavedinis colorem, ut antiquitatem referrent, compositi. Quòd variis, nempe partim antiquis Publicis ac Dominis sylvarum, partim ab illorum Officialibus successivè constitutis, exarati characteres appareant, nihil obest, imò facit magis rem verisimilitudinem, cum Rationum & Censuales libri respiciant nos sibi succedentes, & sub plerisque Officialibus continuatos, ac dum ipsi possint ac soleant nunc nunciatum, annotare in suis libris & Urbariis, ut Successoribus continetur quæ bona & fundi ad se pertinet unde mirum non est, sed necessarium, ut in scripturis successive scriptis appareant manus directæ atramentum varium, & dissimulati. vid. Nicol. de Passer. l. 1. q. 3. sub Rubrica: *de præsumpt. falsitate ex diversitate manû. item de lib. 7. ibid.* Neque aliquid novi est, quòd libri Rationum, Censuales, imò & Urbaria conficiantur absque vicinorum vel notitia vel consensu; ac pro hoc pro necessario non habetur. cedit, quòd pro factis antiquis præsumptio stet, omnia necessaria adhibita, adeoque etiam vicinorum confinia prædia habentium interius consentum, si iste probaretur esse necessarius: quæ præsumptio notitia vicinorum ratihabitionis vicinorum confirmatur, indè, quòd constet, duos fratres Antecessoribus Toparchæ Nobilibus cum bona inter se dividerent, & de scripturam sylvarum conficerent, & de integras hebdomades insumpserunt.

dimetiendis & describendis his sylvis; quod clam fieri non potuit, & cum nemo reclamaverit huic mensurationi & divisioni sylvarum inter fratres facta, nec sine ratificatione saltem tanta vicinorum contigisse praesumitur non immerito.

Ad VI. Quod numerus jugerum pro diverso tempore fuerit designatus diversus, inde potuit provenire, quod semel tantum praeter propter, & simul secundum minorem mensuram, quae ad unum jugerum retulit pauciores passus aut virgas, altera autem vice accuratius praevia mensuratione physica, & secundum majorem mensuram plures pro uno jugero passus aut virgas statuentem designatus fuerit, uti revera contigisse verisimiles suadent conjecturae: vel quod aliqua jugera fuerint alienata aut successu temporis adjecta. Quod omnem scrupulum in hac re tollit, est hoc, quod Toparcha Nobilis non pretendat majorem de sylvis quaestioni numerum jugerum, sed minorem, imò minimum, qui in ejus Urbaniis reperitur annotatus, nempe solum 306. jugera, clarè in Urbatio expressa.

Ad VII. Jam monuimus, quod antiquitas scripturarum vicem suppleat recognitionis. Berlich. *concl.* 44. p. 1. n. 37. quod facit *l. census 10. ff. de Probat.* cum interfit Reipublica in dubium non revocari antiqua. Concordat *l. 29. §. Sed ne aliqua. C. de Testam.* Adde quod haec scriptura, tanquam apta ad probandum alia in iis contenta, jam bis fuerint in Judicio agnita & recognita.

Ad VIII. Imprimis non est necesse, ut haec documenta faciant plenam fidem, sed sufficit, ut faciant semiplenam, imò praesumptionem tantum, eò quod Conradus nihil omnino probaverit in contrarium: quo casu certè pronuntiandum est pro tales scripturas producente. Deinde licet ex se & secundum se non facerent plenam probationem, eam tamen efficiunt ut sumpta cum suis adminiculis Antiquitatis, Legalitatis auctorum, & Approbationis in aliis Judiciis quoad alia capitula in se comprehensa. Denique Commissariis Judicibus opponuntur duo alia Judicia, in quibus pro aptis ad plenè probandum quoad alia capitula fuerunt agnita.



X x 2

TITU